תנה — וְיָתֵן שָׁמָּה מְלֹא הָעֹמֶר מָן — *Ponere plenitudinem gomeri mannæ in phiala. Exo. 16.33.*

נשא — יוֹעֲבִים נִשְּׂאוּ עֹמֶר — *Leuare manipulum (à) famelicis. Iob. 24.10.*

שכח — וְשָׁכַחְתָּ עֹמֶר בַּשָּׂדֶה — *Obliuisci manipuli in agro. Deute. 24.19.*

תנופה — שְׁנֵי הָעֹמֶר לְאֶחָד — *Duo gomeri (ꝑ) singulo. Exo. 16.22.*
מִיּוֹם הֲבִיאֲכֶם אֶת עֹמֶר הַתְּנוּפָה — *Gomer (vel manipulus) agitationis. Leuit. 23.15.*

Deriuatiua huius radicis sunt הֶעֱמִיר כְּדֶר לָעֹמֶר עמר עָמִיר עֲמָרָה עֲמָרִים עֲמָרִמִי :

עָמַר Verbum Pihel actiuum, perfectum, ex quo semel legitur in Biblijs participium præsens מְעַמֵּר eleganter effictum à superiori nomine. Manipulauit, si licèt ita dicere docendi gratia, manipulos collegit, in manipulos redegit. [*Fare le spiche in fascio.*] Ps. 129.7. *Nec gremium suum* מְעַמֵּר *manipulos colligens.*

עָמִיר Nomen formæ masculinæ, sine plurali. Manipulus, idem cum עֹמֶר. [*Manipolo, fasso di spiche, coua Brixiæ.*] Quater inuenitur.

לפיד — וּכְלַפִּיד אֵשׁ בָּעָמִיר — *Lampas ignis in manipulo. Zac. 12.6*

מלא — הָעֲגָלָה הַמְּלֵאָה לְךָ עָמִיר — *Plaustrum plenum manipulo. Amos 2.13.*

קבץ — כִּי קִבְּצָם כָּעָמִיר גָּרְנָה — *Cõgregare velut manipulũ in areã. Mich. 4.12.*

קצר — יְקַצְּרוּ מְאַחֲרֵי הַקּוֹצֵר — *Manipulum cadere de posteriori parte messoris. Ier. 9.22.*

עָמָר Nomen Chaldaicum masculinum. Lana. [*Lana.*] Hebraicè עֶמֶר mutatione solita A in in Zade facta dicitur. Dan. 7.9. *Et capillos capitis illius* כְּעָמַר *sicut lana munda.*

עֲמֹרָה Nomen proprium ciuitatis regiæ, quã tandem ob ingentia facinora Diuina vltione subuersam fuisse legimus. Amorah, vel vt nostris Gomorra. [*Gomorra.*] Gen. 10.19. וְעַמֹּרָה *Et Gomorram.* Et 14.2. *Et cum Birsao rege* עֲמֹרָה *Gomorræ.* Et 18.20. *Clamor Sodomæ* וַעֲמֹרָה *& Gomorræ, &c.* Et 19.24. *Dominus autem pluit super Sodoma, & super* עֲמֹרָה *Gomorra, &c.* Esa. 1.9. וְלַעֲמֹרָה *Et Gomorræ similes fuissemus.* Deut. 32.32. *Et de uastationibus* עֲמֹרָה *Gomorræ.* Radix est עמר.

עֲמַרְיָה Nomen proprium Imperatoris, & postea regis Israel. Omri. [*Omrio.*] 1. Reg. 16.18. *Et rem constituerunt vniuersi Israelitæ* אֶת עֲמַרְיָה *Omrium, &c.* ibi vide omnia. Mich. 6.16. queritur, quòd seruantur Omrij statuta, quod notes velim.

Fuit alter Omri ex Beniamin. 1. Paralip. 7.8. וְעָמְרִי *Et Omri.*

Alter ex Iuda. 1. Par. 9.4. *Filij* עָמְרִי *Omrij.*

Alter ex Issachar. 1. Par. 27.18. *Issachar* עָמְרִי *Omri filius Michaelis.* Radix est עמר.

עַמְרָם Nomen proprium Leuitæ, quem centũ & triginta septem annos vixisse legimus. Amram. [*Ameramo.*] Exo. 6.18. *Filij verò Caatij* עַמְרָם *Amram, &c.* ibi vide omnia. Ab hoc fit עַמְרָמִי sequens.

Fuit alter Amram, qui vxori alienigenæ libellum repudij tradidit. Esd. 10.33. עַמְרָם *Amram.* Radix fortasis est עמר.

עַמְרָמִי Nomen gentile masculinum genere. Amramithes. [*Huomo della famiglia d'Amerammo.*] Num. 3.26. *Familia* הָעַמְרָמִי *Amramitidis.* Radix forsitan est עמר.

עָמַשׁ Require superius in עמס, & obserua eas dictiones, quæ ש loco ס habent.

עֲמָשָׂא Nomen proprium viri cõsobrini Dauidis. Amasah. [*Amasa.*] 2. Sam. 17.25. וְאֶת עֲמָשָׂא *Et Amasam posuit Absalom loco Ioabi super exercitu, &c.* Interimitur à Ioabo fraude, 2. Sam. 20.8. ibi vide oía.

Fuit alter Amasa ex Ephraim. 2. Par. 28.12. וַעֲמָשָׂא *Et Amasa filius Hadlai.* Radix est עמס.

עַמִּישַׁדָּי Nomen propriũ viri ex tribu Dan. Amisadai. [*Amisadaio.*] Num. 1.12. *Pro Dano Ahiezer filius* עַמִּישַׁדָּי *Amisadai.* Cõpositũ est ex עם & שדי.

עַמָּשַׁי Nomen proprium Leuitę. Amasai. [*Amasaio.*] 1. Par. 6.10. *Filij verò Elsanæ* עַמָּשַׁי *Amasaius & Abimotus.*

Fuit alter Amasaius sacerdos tubicina. 1. Par. 15.24. וַעֲמָשַׂי *Et Amasaius. &c.*

Alter Leuita. 2. Par. 29.12. *Mahat filius* עַמָּשַׁי *Amasai.* Radix est עמס.

עַמַּשְׂסַי Nomen proprium sacerdotis. Amasesai. [*Amasesaio.*] Neh. 11.13. וַעֲמַשְׂסַי *Et Amasesaius, &c.*

עָמֵת Nomen fœmininum genere, & declinatione, suscipiens affixa, & vno loco excepto semper habet Lamed additum à capite, quæ sunt in Biblijs עֻמַּת לְעֻמַּת לְעֻמָּתוֹ לְעֻמָּתָם . Pars opposita, aduersa, quę est è regione. Latini præpositionibus ex aduerso, è regione, è contra, coram efferunt. Nos oppositionem docendi gratia interpretabimur. [*Incõtro, parte che è dauãti ad alcuna cosa, dauãti.*] Vide נֶגֶד. Loci aliquot obseruandi.

לעמת — לְעֻמַּת אֶחָיו וגו׳ — *Proijcere sortes oppositioni fratrũ, &c. 1. Par. 24.30.*

לעמת — לְעֻמַּת אֹרֶךְ הַשְּׁעָרִים — *Oppositio longitudinis ianuarum. Ezec. 40.18.*

כל — כָּל עֻמַּת שֶׁבָא כֵּן יֵלֵךְ — *Ire sicut tota oppositione, qua veneris. Eccles. 5.15.*

נגד — גַּם מִמַּעַל מִלְּעֻמַּת הַבֶּטֶן וגו׳ — *Oppositio ventris &c. 1. Reg. 7.20.*

נגול — וְהַלְוִיִּם לְעֻמַּת גְּבוּל הַכֹּהֲנִים וגו׳ — *Leuitas esse oppositioni termini sacerdotum. Ezec. 48.13.*

הלך — הָלַךְ בְּצֵלַע הַהַר לְעֻמָּתוֹ וגו׳ — *Ire oppositioni alicuius, &c. 2. Sam. 16.13.*

חלק — וְאֶרֶךְ לְעֻמַּת אֶחָד הַחֲלָקִים וגו׳ — *Longitudo oppositionibus vnium partium. Alijs est singulare, quo non placet. Ezec. 45.7.*

לפרס — לְעֻמַּת הַלְּשָׁכוֹת וגו׳ — *Sepẽ esse foris oppositioni gazophilacij. Ezec. 42.7.*

מחברת — לְעֻמַּת מַחְבַּרְתִּי וגו׳ — *Dare (ponere) aliquid oppositioni cõiunctionis. Exo. 28.28.*

מסגרת — לְעֻמַּת הַמִּסְגְּרֹת חִזִּיוֹן — *Annulos esse oppositioni clausuræ.*

עֵמֶק חֶבְרוֹן Nomen proprium loci. Emec Hebron. [*Valle d'Ebrona.*] Gen. 37.13. *Et misit eum* מֵעֵמֶק חֶבְרוֹן *ex valle Hebronis, &c.* Compositum est ex עמק & חבר.

עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט Nomen proprium vallis, quæ & עֵמֶק הַחֲרוּץ dicebatur, vt paulò superius habes. Emec Iehosaphat. [*Valle di Giosafatte.*] Fortasis à rege eiusdem nominis appellationẽ traxit, nam aliàs vulgò creditur, in ea futurum esse iudiciũ generale, quare potius crederem, à Propheta nomẽ effictum fuisse dedita opera, vt ad iudicium diuinum alluderet, siquidem יְהוֹשָׁפָט est, quasi Deus iudicat, sicuti suo loco habes. Ioel. 4.2. *Et congregabo omnes gentes, descendereq; faciam eas ad* עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט *vallem Iosaphati, &c.* ibi vide omnia; & cap. 5.4.

עֵמֶק יִזְרְעֵאל Nomen proprium loci. Emec Izreel. [*Valle d'Izarele.*] Ios. 17.16. *Et ijs, qui sunt* בְּעֵמֶק יִזְרְעֵאל *in valle Izreelis.* Hic olim Madianitæ castrametati sunt. Iud. 6.33. Hic insup ex Hos. 1.5. Profligandus erat Israel. *Et frangam (ait) arcum Israelis* בְּעֵמֶק יִזְרְעֵאל *in valle Izreelis.* Hanc postea cap. 2. ver. 15. עֵמֶק עָכוֹר ob euentum nominat. Compositum est ex עמק & יזרעאל.

עֵמֶק סְכוֹת Nomen propriũ loci. Emec sucoth. *Valle di Sucota, ouero de tabernacoli*] Psal. 60.8. & 108.8. ועמק סכות *Et vallem tabernaculorum dimetiar.* Compositum est ex עמק & סכות.

עֵמֶק עָכוֹר Nomen proprium loci ob euentum sic dicti, vt in עָרֵי habes, à quo denominationem traxit. Emec Acor. [*Valle turbata.*] Ios. 7.24. *Et deduxerunt ea (ad)* עֵמֶק עָכוֹר *vallem cõturbatam.* Hic erat tribus Iudæ terminus, vt Ios. 15.7. מֵעֵמֶק עָכוֹר *Ex valle deturbata.* Videtur verò ex Esaia 65.11. vallem fuisse non valdè fructiferam, cum ait, וְעֵמֶק עָכוֹר *Et vallis deturbata accubationi (in accubationem) armẽti.* Nota locum. Vallis Izreel insuper hoc nomine dicta fuit ab Hosea, quòd Israel ibi profligandus esset. Cap. 2.15. וְאֶת עֵמֶק עָכוֹר *Et vallem deturbatam ostio (in ostium) expectationis.* Cõfer locos. Compositum est ex עמק & עכר.

עֵמֶק קְצִיץ Nomen proprium vrbis in tribu Beniamin. Emec Ceziz. [*Valle di Cezizza.*] Ios. 18.21. וְעֵמֶק קְצִיץ *Et Emec Ceziz.* Compositum est ex עמק & קצץ.

עֵמֶק רְפָאִים Nomen proprium loci, qui tribuum Iudæ Beniaminque limes erat. Emec rephaim. [*Valle de giganti.* Ios. 15.8. *Quæ est in extremitate* עֵמֶק רְפָאִים *vallis gigantum ad Septentrionem.* Idem cap. 18.16. Confer locos. Hic olim castrametati sunt Philistei, vt 2. Sam. 5.18. & 23.13. ibi vide. Esa. 17.5. *Sicut colligens aristas* בְּעֵמֶק רְפָאִים *in valle gigantum.* Compositum est ex עמק & רפא.

עֵמֶק שָׁוֵה Nomen loci, qui & עֵמֶק הַמֶּלֶךְ dicebatur, vt superius habes. Emec saueh. [*Valle piana, vguale,*] Gen. 14.17. *Ad* עֵמֶק שָׁוֵה *vallem planam, quæ est vallis regis.* Compositum ex עמק & שוה.

עֲמִיקְתָּא Nomen Chaldaicum, quod semel legitur in Biblijs. Profunda. [*Profonde, cose profonde.*] Dan. 2.22. *Ipse reuelat* עֲמִיקָתָא *profunda, & abscondita.* Radix est etiam Hebręa עמק.

עֹמֶר Nomen masculinum genere, & declinatione עֳמָרִים. Manipulus. [*Coua Brixiæ, fasso di spiche*] Ratio nominis ignoratur. Hinc fortasis per trãslationem עֹמֶר sine plurali est mensuræ minimæ genus, quæ continet decimam partem Ephę, alio nomine עִשָּׂרוֹן, & a nostris Gomer retenta voce Hebraica dicitur, quòd

עֵמֶק הַעֵמֶק צוּר הַמִּשְׁוֹר : — *Habitatrix vallis, &c. Ier. 21.13.*

יסב — וַיְהִי מֵאַחַר עֲמֹקֵיךְ מָלְאוּ וגו׳ : — *Electio vallium, &c. Esa. 22.7.*

נסך — וַיַּגִּישׁוּ בָעֵמֶק רְפָאִים : — *Aliquos diffundii valle. 2. Sam. 5.18*

נפל — וְכָל בְּנֵי קֶדֶם נֹפְלִים בָּעֵמֶק וגו׳ : — *Cadere (castrametari) in valle. Iud. 7.12.*

עבר — אֲשֶׁר בָּעֹבֵר הָעֵמֶק : — *Esse in transitu (trans) vallis. 1. Samuel. 31.*

עבר — עֹבְרֵי בְעֵמֶק הַבָּכָא וגו׳ : — *Transire in (per) vallem pyri. Tsal. 84.7. Vide* בָּכָא.

עטף — הָעֲמָקִים יַעֲטִפוּ בָר : — *Valles amiciri frumento. Ps. 65.14*

ערך — הֵעָרְכוּ אִתָּם מִלְחָמָה בְּעֵמֶק הַשִּׂדִּים : — *Instruere bellum in valle. Gen. 14.8*

פגר — וְכָל הָעֵמֶק הַפְּגָרִים וְהַדֶּשֶׁן וגו׳ : — *Vallem esse cadauera, & cinerem. Ier. 31.39.*

פשט — וַיִּפְשְׁטוּ בָעֵמֶק רְפָאִים : — *Extendere se in valle. 1. Par. 14.9.*

קצר — קְצִרִים קְצִיר חִטִּים בָּעֵמֶק : — *Metere in valle. 1. Sam. 6.13.*

קבר — בְּעֵמֶק שָׁוְא קְרָאִיָּה שְׁדֵרוֹת עֵמֶק : — *Profunditates sepulchri. Pro. 9.18.*
Residuum vallis. Ier. 47.5.

חרש — אִם יָשַׁדְּדוּ עֲמָקִים אַחֲרֶיךָ : — *Occare valles. Iob. 39.10.*

שפה — עַם עֲמֻקֵי שָׂפָה מִשְּׁמוֹעַ וגו׳ — *Populus profunditatum labij ab audiendo. (ne audiatur.) Esa. 33.19*

עמק — כִּי לֹא אֶל עַם עֲמֻקֵי שָׂפָה וגו׳ : — *Populus profunditatum labij, &c. Ezec. 3.5.*

סוסנה — שׁוֹשַׁנַּת הָעֲמָקִים : — *Rosa vallium. Cant. 2.1.*

Cæterum multa locorũ nomina legimus in scriptura sacra cum hac dictione communi עֵמֶק, quæ alio nomine apposito distinguuntur, sic dicta ob varios casus, vt habes in radice, & in sequentibus.

עֵמֶק אַיָּלוֹן Nomen proprium vallis. Emec aialon. [*Valle d'Aialona.*] Ios. 10.12. *Et luna* בְּעֵמֶק אַיָּלוֹן *valle Aialonis.* Cõpositũ est ex עמק & איל.

עֵמֶק בְּרָכָה Nomen proprium loci ob euentũ sic dicti. Emec berachah. [*Valle di benedittione.*] 2. Paral. 20.26. *Congregati sunt* לְעֵמֶק בְּרָכָה *valli (in vallem) benedictionis, quia illic benedixerunt Dominum, &c.* Compositum est ex עמק & ברך.

עֵמֶק הָאֵלָה Nomen proprium loci, Emec haelah. [*Valle d'Ela.*] 1. Sam. 17.2. *Et castrametati sunt* בְּעֵמֶק הָאֵלָה *in valle quercus.* Illic Dauid Goliath interfecit, vt capite 21.9. *Gladius Goliath Philistei, quem percussisti* בְּעֵמֶק הָאֵלָה *in valle roboris.* Compositum est ex עמק & אלה.

עֵמֶק הַחֲרוּץ Nomen propriũ loci, à decisione dicti, qui & עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט. Emec heharuz. [*Valle di determinatione.*] Ioel. 5.6. *Turmæ turmæ* בְּעֵמֶק הַחֲרוּץ *in valle decisionis, quia propè est dies Domini* בְּעֵמֶק הַחֲרוּץ *in valle decisionis.* Cõpositũ est ex עמק & חרץ.

עֵמֶק הַמֶּלֶךְ Nomen proprium loci, qui & עֵמֶק שָׁוֵה dicebatur. Emec hamelec. [*Valle di Rè.*] Ibi rex Sodomæ, Abrahã, & Melchisedec conuenerunt. Gen. 14.17. *Ad vallem planam, ipsa est,* עֵמֶק הַמֶּלֶךְ *vallis regis.* Ibi statuam in monimẽtum sibi posuit Absalom, vt 2. Sam. 18.19. *Quæ est* בְּעֵמֶק הַמֶּלֶךְ *in valle regis.* Compositum est ex עמק & מלך.

עֵמֶק הַשִּׂדִּים Nomen proprium loci, sic dicti, vel à שדה, quòd fortasis quàm plurimos agros contineret, vel à שדד, quòd occatos agros haberet, vel tandem à שיד mutatione solita ס in ש quòd ibi calx fieret. [*Valle di cãpi, ouero di calcina.*] Hic aliquando à nouem regibus pugnatũ est, dein non multo post temporis interuallo mare salsum efficitur. Gene. 14.3. *Oẽs isti conuenerunt ad* עֵמֶק הַשִּׂדִּים *ad vallẽ Sidim, ipsum est mare salis.* Ibi vide oía. Cõpositũ est ex עמק & שדים.

לענות	עָנִי בֶאֱמֶת יִשְׁעֶךָ :	*Respondere in veritate saluetem.(auxiliari salute.)Tſal.69.14.*
לענות	הַאֲרָעָתָ עָנָה אֶת דָּגָן וגו׳	*Terram respondere (auxiliari) tritico,&c.Hoſ.2.22.*
לענות	הָאֱלֹהִים אֲשֶׁר יַעֲנֶה בָאֵשׁ וגו׳ :	*Deum respondere in(cum)igne, &c. 1.Reg.18.24.*
לענות	וְעָנָה גְאוֹן יִשְׂרָאֵל בְּפָנָיו :	*Superbiam alicuius respondere in faciem eius.Hoſ.5.5.*
לענות	וְאֶעֱנֶה חֹרְפִי דָבָר :	*Respondere verbum exprobranti. Tſal.119.42.*
לענות	הַעֹנִים אֹתוֹ דָבָר :	*Respondere alicui verbũ. Ier.44.19.*
לענות	יַעַן יי׳ אֶת הַמַּלְאָךְ וגו׳ דְּבָרִים טוֹבִים וגו׳ :	*Respondere verba bona,verba conſolatoria.Zac.1.13.*
לענות	חֲכָמִים יַעֲנֶה רַעַת רוּחַ :	*Sapientem reſpondere ſcientiam venti.Iob.15.2.*
לענות	דָּרַשְׁתִּי אֶת יי׳ וַעֲנָנִי :	*Quærere Dominum,& reſpondere tibi.Tſal.34.5.*
לענות	הֵידֵד כַּדַּרְכִּים יַעֲנֶה	*Reſpondere celeuſma ſicut calcãtes. Ier.25.30.*
לענות	וְעָנוּ עָלֶיךָ הֵידֵד :	*Reſpondere celeuſma ſuper aliquid. Iere.51.14.*
לענות	רַכַּרַת פְּנֵיהֶם עָנְתָה בָם :	*Agnitionem vultus reſpõdere in aliquem.Eſa.3.9.*
לענות	וַיַּעֲנוּ כְּהַלֵּל וּכְהוֹדוֹת לַיי׳ :	*Reſpondere in laudare, & celebrare Dominum.Eſd.3.11.*
לענות	וּמֵהֲמוֹנָם לֹא יַעֲנֶה :	*Non reſpondere(humiliari)ob ſtrepitum aliquorum.Eſa.31.4.*
לענות	וְעָנִיתָךְ תַּרְבֵּנִי ;	*Augere aliquem reſpondere tuo.Hebraiſmus illuſtrandus. 2.Samuel. 22.36.*
לענות	זְמִיר עָרִיצִים יַעֲנֶה :	*Pulſationem tyrannorum,humiliari. Eſa.25.5.*
לענות	וְחַטֹּאתֵינוּ עָנְתָה בָּנוּ :	*Peccatorum (quodlibet) reſpondere in aliquem. Eſa.59.12.*
לענות	וְלֹא עָנָהוּ יי׳ גַּם בַּחֲלֹמוֹת וגו׳ :	*Deum non reſpondere neque in ſomnijs,&c. 1.Sam.21.6.*
לענות	אֶעֱנֶה אַף אֲנִי חֶלְקִי :	*Reſpondere partem ſuam.Iob.32.17*
לענות	אֶרְעֶה כְּלִין יַעֲנֵנִי :	*Cognoſcere dictiones (quibus alter) tibi reſpondeat.Iob.23.5.*
לענות	אֲנִי יי׳ אֶעֱנֶם :	*Dominum reſpondere(auxiliari)alicui.Eſa.41.17.*
לענות	וְעָנְתָה שָׁמָּה כִּימֵי נְעוּרֶיהָ :	*Reſpondere(reſonare)ſicut diebus iuuentutis.Hoſ.2.15.*
לענות	וּלֹא יָכְלוּ אֶחָיו לַעֲנוֹת אֹתוֹ :	*Non poſſe reſpondere.Gen.45.3.*
לענות	אַל תַּעַן כְּסִיל כְּאִוַּלְתּוֹ :	*Non reſpondere ſtulto ſecundum ſtultitiam eius.Pro.26.4.*
לענות	עֲנֵה כְסִיל כְּאִוַּלְתּוֹ :	*Reſpondere ſtulto ſecundum ſtultitiã eius.Pro.26.5.*
לענות	וְהַכֶּסֶף יַעֲנֶה אֶת הַכֹּל :	*Argentum reſpõdere(auxiliari) omnibus rebus.Eccleſ.10.19.*
לענות	יִכְּפִיס מֵעֵץ יַעֲנֶה :	*Laqueare reſpondere lapidi. Abac. 2.11.*
לענות	לֵב צַדִּיק יֶהְגֶּה לַעֲנוֹת :	*Cor meditari ad reſpondendum.Pro. 15.28.*
לענות	תַּעַן לְשׁוֹנִי אִמְרָתֶךָ :	*Linguam reſpondere (reſonare) dictum alicuius. Tſal.119.172.*
לענות	אֲנִי עָנִיתִי מְאֹד :	*Affligi(quid ſi reſpõderẽ?)multum. Tſal.116.10.*
לענות	אָחֵר עָנִי :	*Accelerare,reſpondere.Tſal.69.18*
לענות	הֲלוֹא לֵיהוָה יַעֲנוּ בַּמַּחֲלוֹת וגו׳ :	*Reſpõdere(reſonare)alicui in tibijs. 1.Sam.21.11.*
לענות	עָנִי בַּמֶּרְחָב יָהּ :	*Deum reſpondere(auxiliari)in latitudine.Tſal.118.5.*
לענות	וַיַּעֲנוּ בְנֵי יַעֲקֹב וגו׳ בְּמִרְמָה	*Reſpõdere in(cum)fraude, & loqui. Gen.34.13.*

עָנָה Nomen fœmininum genere, ſine plurali, qd̃ bis legitur in ſcriptura ſacra. Delicata, delitijs affluens, delicatè nutrita. [*Dõna delicata, vſa al buon tempo, ſenza ſapere che coſa ſia faſtidio.*] Deut.28. 56. *Tenera in te,* עֲנָגָה וְהֲעֻנָּגָה *& delicata,&c.* Eſa. 47. 1. *Neque enim addes,(vt)te vocent teneram* עֲנֻגָּה *& delicatam.*

עָנַד Verbum Cal actiuum, perfectum, ſuſcipiens affixa, quod habet has dictiones tm̃ in Biblijs.

אֶעְנָדֵנוּ	Futurum.
עָנֹד	Imperat.

Cætera cautè formabis iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt, vel potius ſynonimis veteris, quæ vide in קָשַׁר. Ligauit. [*Legare.*] Quidam cõferunt cum עָדָה, quod eſt ornare, ceu ornatus cauſa adnectere. [*Legare per ornamento.*] Bis inuenitur.

גרגר	עָנְדֵם עַל גַּרְגְּרֹתֶיךָ :	*Ligare aliqd ſup gutture.Pro.6.21.*
עטרים	אֶעְנְדֵנוּ עֲטָרוֹת לִי :	*Ligare aliquid (veluti)coronas ſibi. Iob.31.36.*

עָנָה Verbum Cal commune, ex quieſcentibus Lamed He, ſuſcipiens affixa ſic flectit in Biblijs.

עָנָה עָנִיתָ עָנִיתִי עָנִינוּ עָנָךְ עָנְתָהוּ עָנָם עָנִיתִנִי עָנִיתָם (עָנִיתִיךָ)	עָנָתָה עָנִיתֶן	Præteritum.
עָנֶה עָנִים עָנֵךְ עָנֵהוּ (יַעֲנֶךָ יַעֲנֵהוּ יַעֲנֵנוּ יַעֲנֶה יַעֲנֶם אֶעֱנֶהוּ אֶעֱנֵם אֶעֱנִי תַּעֲנִי תַּעֲנֶם תַּעֲנִי יַעֲנוּ)		Part.p̃ſ.
אֶעֱנֶה אוֹ אַעֲנֶה תַּעֲנֶה אוֹ תַּעַן יַעֲנֶה וְאַעַן וְיַעַן אַעֲנֵךָ אַעֲנֵהוּ אַעֲנֵנוּ תַּעֲנֶה תַּעַן תַּעֲנֵךְ תַּעֲנֶהָ	יַעֲנוּ תַּעֲנוּ תַּעֲנֵהוּ יַעֲנוּהָ תַּעֲנִינָה	Fut.
עָנֵה אוֹ עֲנוּ עָנִי עֲנֻנוּ		Imperat.
עָנוֹת לַעֲנוֹת מֵעָנוֹת עָנְתֵךְ		Infinitiuus.

Cætera ex te formabis iuxta regulas grãmaticales, cum opus erunt, excepto Pahul. Habet verò quaſdã voces communes cum ſuo Hiphil הענה, ibi vide. יען, eſt etiam nomen, & עָנוּת, vt in deriuatiuis habes. Reſpondit. [*Reſpondere.*] Verbum notum & frequẽs, latiſsimeque patens, nam vſurpatur etiam pro incipere loqui, reſonare, reſpondere vel verbo, vel re ipſa, exaudire petitionem implere, & huiuſmodi. Nonnunquàm verò neutrum eſt, & per translationem ſignificat humiliari, humilẽ eſſe, affligi, quòd fortaſsis huiuſmodi viro opus ſit aliorum reſponſione & auxilio, in rebus neceſſarijs, vel quòd reſpondens meditatione quodam modo affligatur. Vide etiam Pihel ſequẽs. Si quis meliora habet, in medium proferat. [*Affliggerſi, eſſere afflitto, humile.*] Rarò deriuatur à ſignificatione עָנַן, vt quidam volũt, pro occupari, ſollicitum, anxium eſſe, quod ferè idẽ eſt. [*Occuparſi, affliggerſi in alcuna facenda.*] Conſtruitur abſolutè cum accuſatiuo tam affixo, quàm diſiuncto, & cũ præpoſitionibus ב ל, efficitq; varia dicendi genera elegantiarum plena, quorum aliquot in ſequentibus annotabis.

לענות	וַיַּעַן עָפְרוֹן וגו׳ בְּאָזְנֵי בְנֵי חֵת	*Reſpondere in auribus aliquorum. Gene.23.10.*
לענות	לֹא יַעֲנֶנּוּ אַחַת מִנִּי אָלֶף :	*Nõ reſpõdere vnũ ex mille. Iob 9.3*
לענות	עֲנֹת אַיִּם בְּאַלְמְנוֹתָיו וגו׳ :	*Picas reſpondere(reſonare) in palatijs,&c.Eſa.13.22.*
לענות	אֵין קוֹל וְאֵין עֹנֶה וגו׳ :	*Reſpondentem non eſſe, &c. 1.Reg. 18.29.*
לענות	לֵאל הָעֹנֶה אֹתִי בְּיוֹם צָרָתִי :	*Deum reſpõdere (exaudire) alicui in die anguſtiæ.Gen.35.3.*
לענות	בֶּאֱמוּנָתֶךָ עֲנֵנִי בְּצִדְקָתֶךָ :	*Reſpondere in veritate in iuſtitia. Tſal.143.1.*
לענות	וְעָנִתָה וְאָמַרְתָּ וגו׳ :	*Reſpõdere, & dicere,etc. Deut.25.9*
לענות	עֹנֶה אֲמָרָיו מִכֶּם :	*Reſpõdere dictis alicuius.Iob.32.12*

	עֲנָבֵי עֲנָבִים . Vua iam matura, כְּמָדֵר verò eſt vua flores, & בסר immatura, vt ſuis locis dictũ. [*Vua, grano d'vua.*] Inuenitur in ſequentibus tantummodo.	
אכל	וַעֲנָבִים לֶחֱיִם וְיַבֵּשִׁים לֹא יֹאכַל :	*Non edere vuas recentes vel ſiccas. Num.6.3.*
אכל	וַאֲכַלְתָּ עֲנָבִים כְּנַפְשְׁךָ שָׂבְעֶךָ	*Edere vuas, ſecundum animam tuam (ita vt libet, ſit) ſaturitas. Deut. 23.35.*
אשכול	וְאֶשְׁכּוֹל עֲנָבִים אֶחָד :	*Botrus vuarum.Num.13.24.*
אמיס	וְאַהֲבֵי אֲשִׁישֵׁי עֲנָבִים :	*Amare phialas vuarum. (vini.)Hoſ. 3.1.*
בכור	יְמֵי בִכּוּרֵי עֲנָבִים :	*Dies primitiuorum vuarum. Nume. 13.20.*
גפן	אֵין עֲנָבִים בַּגֶּפֶן :	*Vuas non eſſe in vite.Ier.8.13.*
דם	וּבְדַם עֲנָבִים סוּתֹה :	*Lauare veſtimẽtum in ſanguine vuarum.(vino.)Gen.49.11.*
דם	וְדַם עֲנָב תִּשְׁתֶּה חָמֶר :	*Bibere ſanguinem vuæ merum.Deut. 32.14.*
דרך	וּדְרַךְ עֲנָבִים בְּמִשֵּׂךְ הַזָּרַע :	*Calcare vuas.Amoſ.9.13.*
הבשיל	הִבְשִׁילוּ אֲשִׁכֹּלֹתֶיהָ עֲנָבִים :	*Botros maturare vuas.Gen. 40.10.*
יין	וְאַף יַיִן עֲנָבִים וּתְאֵנִים וגו׳ :	*Afferre vinum,vuas, ficus, &cæte. Neh. 13.15.*
לקח	וַיִּקַּח אֶת הָעֲנָבִים וגו׳ :	*Accipere vuas, & exprimere, &c. Gen.40.11.*
מדבר	כַּעֲנָבִים בַּמִּדְבָּר מָצָאתִי יִשְׂרָאֵל :	*Vuæ in deſerto. Hoſ.9.10.*
נזיר	וְכָל מִשְׁרַת עֲנָבִים לֹא יִשְׁתֶּה	*Non bibere expreſſionem vuarum. Num.6.3.*
נזיר	וְאֶת עִנְּבֵי נִזְרֶךָ לֹא תִבְצֹר :	*Non vindemiare vuas ſeparationis. Leuit.25.5.*
עשה	וַיִּקַּו לַעֲשׂוֹת עֲנָבִים וגו׳ :	*Facere vuas, &c. Eſaias 5.2. Vide etiam ver.4.*
רוש	עִנְּבֵמוֹ עִנְּבֵי רוֹשׁ :	*Vua toxici. Deut.32.32.*

Deriuatiua huius ſunt עָנָב עֲנוּב .

עָנָב Nomen proprium ciuitatis montanæ, quã deletis gigantibus Iudæ tribus occupaſſe legimus. Anab. [*Anaba.*] Ioſ.11:21. *Ex* עָנָב *Anaba, &c.* Et 15.49. יָנוּב *Et Anaba.* Quid verò ſi denominata fuerit à ſequenti עָנוּב ?

עָנוּב Nomen proprium viri ex tribu Iudæ, à quo ſuperior ciuitas forſan denominata fuit. Anub. [*Anubo.*] 1.Paralip. 4. 8. *Et Cozus genuit* אֶת עָנוּב *Anubum.*

עָנַג Verbum Pihel actiuum perfectum, quod nõ legitur in Biblijs niſi in participio paſsiuo fœminino ſemel מְעֻנָּגָה, nec ob id tamen alia formare ſecundum canones grammaticæ, penitus abſurdum eſſe iudico. Delicata, in delitijs nutrita, delicatè degens, & dicitur tàm de animo, quàm de corpore. [*Delicata, donna delicioſa, di buon tempo, ſenza alcun faſtidio.*] Iere.6.2. ad domum elegantem tranſtulit. *Domui,* וְהַמְּעֻנָּגָה *& delicatæ ſimilis fui.* Locus illuſtrandus.

Deriuatiua huius ſunt התענג עֹנֶג עֲנוּגָה תַּעֲנוּג .

עֹנֶג Nomen formæ maſculinæ, quod bis tantum legitur in ſcriptura ſacra, ſine plurali. Delitium, delectatio tàm animi, quàm corporis. [*Delicie, delicatezza, ſpaſſo, piacere, delettatione.*]

	וְתִגֵּים בְּהֵיכְלֵי עֹנֶג :	*Palatia delitij. Eſa. 13.22.*
	קָרָאתָ לַשַּׁבָּת עֹנֶג :	*Vocare ſabbatum delitiũ. Eſa. 58.13*

עָנֹג Nomen maſculinum genere, ſine plurali, quod ſemel legitur in Biblijs. Delicatus, delitioſus, delitijs affluens, delicatè nutritus. [*Huomo d'appiacere, di buon tempo, che viue allegramente, che gode ſenza alcun faſtidio.*] Deut. 28. 54. *Vir tener in te,* וְהָעָנֹג *& delicatus valdè.*

	הַשָּׁבָעוֹת :	*Exo.25.26.*
עזות	לְעַזַּת מִצָּחָם :	*Dare frontem alicuius duram oppoſitioni frontis aliorum. Ezec.3.8.*
מסמר	מִשְׁמֶר לְעֻמַּת מִשְׁמָר :	*Cuſtodia oppoſitioni cuſtodiæ, 1.Par. 26.16.*
מסמרת	וַיַּפִּילוּ גּוֹרָלוֹת מִשְׁמֶרֶת לְעֻמַּת וגו׳ :	*Proijcere ſortes, cuſtodiam oppoſitioni.(cuſtodiæ)&c. 1.Par.25.8.*
נסח	וְהָאוֹפַנִּים יִנָּשְׂאוּ לְעֻמָּתָם :	*Eleuari oppoſitioni alicuius. Ezech. 1.20.*
ענס	לְעֻמַּת הָעֲצָה יְסִירֶנָּה :	*Auferre caudam oppoſitioni ſpinæ dorſi. Leuit.3.9.*
עסס	נִסְאַת זֶה לְעֻמַּת זֶה עָשָׂה הָאֱלֹהִים :	*Facere aliquid oppoſitioni alterius rei.Eccleſ.7.16.*
פנים	לְעֻמַּת פְּנֵיהֶם :	*Dare vultum alicuius durum oppoſitioni vultus aliorum.Ezec.3.8.*
קול	וְקוֹל הָאוֹפַנִּים לְעֻמָּתָם :	*Vocem, eſſe oppoſitioni alicuius Eze. 3.13.*
קלע	לְעֻמַּת קֶלַע הַחֵצֶר :	*Oppoſitio. Exo.38.18.*
תרומה	לְעֻמַּת תְּרוּמַת הַקֹּדֶשׁ :	*Oppoſitio eleuationis ſanctitatis. Ezec.45.6.*

Deriuatiuum huius eſt עמית ſequens.

עָמִית Nomen maſculinum genere, ſine plurali, qd̃ non legitur in ſcriptura ſacra, niſi cum affixis, quæ ſunt עֲמִיתִי עֲמִיתְךָ עֲמִיתוֹ . Socius, collega, ſic dictus forſitan à עִמָּת ſuperiori, quaſi è regione ſtãs, vt auxilietur. [*Socio, compagno.*] Vide רֵעַ . Duodecim vicibus tantum inuenitur.

אשת	וְאֵל אֵשֶׁת עֲמִיתֶךָ לֹא וגו׳ :	*Vxor collegæ. Leuit. 18.20.*
גבר	וְעַל גֶּבֶר עֲמִיתִי :	*Vir ſocius. Zac.13.7.*
הוכיח	הוֹכֵחַ תּוֹכִיחַ אֶת עֲמִיתֶךָ :	*Arguere ſocium.Leuit.19.17.*
הונה	וְלֹא תּוֹנוּ אִישׁ אֶת עֲמִיתוֹ :	*Kirum non opprimere ſocium. Leuit. 25.17.*
כחש	וְכִחַשְׁתֶּם בַּעֲמִיתוֹ :	*Mentiri in ſocium.Leuit. 5.21.*
מכר	וְכִי תִמְכְּרוּ מִמְכָּר לַעֲמִיתֶךָ :	*Vendere ſocio. Leuit.25.14.*
נתן	וְאִישׁ כִּי יִתֵּן מוּם בַּעֲמִיתוֹ :	*Dare maculam in ſocio.Leuit.24.19.*
עשק	אוֹ עָשֹׁק אֶת עֲמִיתוֹ :	*Fraudare ſocium.Leuit.5.21.*
קנה	אוֹ קָנֹה מִיַּד עֲמִיתֶךָ :	*Emere de manu ſocij.Leuit.25.14.*
קנה	תִּקְנֶה מֵאֵת עֲמִיתֶךָ :	*Emere a ſocio. Leuit.25.15.* (15.
שפט	בְּצֶדֶק תִּשְׁפֹּט עֲמִיתֶךָ :	*Iudicare ſocium in iuſtitia.Leuit. 19.*
שקר	וְלֹא תְשַׁקְּרוּ אִישׁ בַּעֲמִיתוֹ :	*Virum non dicere mendacium in collegam.Leuit.19.11.*

נ ע

עַן Lege radices עון עין ענה, & obſerua dictiones, quæ remanent in ſcriptura cum his duabus tantum radicalibus.

עַן Aduerbium temporis Chaldaicum, quod legitur cum Caph כְּעַן, & ab eo formãtur inſuper כְּעֵת & כְּעִת, quæ omnia habentur ſuperius in כ ante ע, ibi vide.

עָנוּ	Require omnia hæc nomina paulò inferius, ſuis locis proprijs.
עָנִי	
עָנִי	
עָנִי	
עָנִי	

עָנַן Omnia duplicata habentur inferius, ſuo loco proprio.

עָנָב Nomen maſculinum genere, & declinatione, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Biblijs עָנָב עֲנָבוֹ

ענה

Nomen formæ fœmininæ, quod semel legitur in Biblijs cũ affixo עניתה, & dubitatur, ex qua radice sit, & quid ꝓpriè significet. Aliquibus radix est עון, & tempus determinatum interpretantur, sine vlla dictionis ratione, cum satius esset habitaculum expone re, nisi temporis significationẽ malles retinere ex Chaldaico, sicut & עֹן & עֹנָה, quod notes velim. Alij à עין, quasi oculorum obseruationem diceres, deriuant. Ego potius cum illis sum, qui radicem ענה censent esse, & cõpressionem, coitum, actum venereum hac voce satis or natè putent intelligi, quam phrasim & in Pihel habes. [*L'vso del matrimonio.*] Exo. 21. 10. *Si alteram accipiet sibi, (ei) cibum huius, operimentum,* וְעֹנָתָהּ *& compressionem (actum venereum) non diminuat.*

עָנָו

Nomen masculinum genere, & declinatione עָנָיִם, & in regimine עָנְיֵי. Mitis, mãsuetus, humilis, virtute עֲנוה modestiæ præditus, sic dictus per translationem, quòd afflictione tales vt plurimum reddantur homines. [*Mite, mansueto, humile, modesto.*] In aliquibus scripturæ locis עֲנָוִים legitur ab Hebræis עֲנִיִּים, sicut è conuerso hoc sæpius reperies positum pro illo, quemadmodum facilè ex te deprehendes vel ex ipsa lectione, vel ex Masarah. Loci aliquot obseruandi.

יֹאכְלוּ עֲנָוִים וְיִשְׂבָּעוּ :	*Mites edere, & saturari. Ps. 22. 27.*
לְהוֹשִׁיעַ כָּל עַנְוֵי אֶרֶץ סֶלָה :	*Saluare mansuetos terræ. Ps. 76. 10.*
יַדְרֵךְ עֲנָוִים בַּמִּשְׁפָּט לַעֲנָוִי אָרֶץ :	*Arguere in rectitudine mansuetis (etos) terræ. Esa. 11. 4.*
לְבַשֵּׂר עֲנָוִים שְׁלָחָנִי :	*Euangelizare mites. Esa. 61. 1.*
וְדַרְכֵּ עֲנָוִים יְטֵו :	*Inclinare viã mãsuetorũ. Amos 2. 7*
וְלַשְׁבִּית עֲנְוֵי אָרֶץ :	*Cessare facere mansuetos. (afflictos) terræ. Amos 8. 4.*
לְחַבֵּל עֲנָוִים בְּאִמְרֵי שָׁקֶר וגו' :	*Deuastare mites, &c. Esa. 32. 7.*
וְלַעֲנָוִים יִתֵּן חֵן :	*Dare gratiam mitibus. Pro. 3. 34.*
וּמְחוֹנֵן עֲנָוִים אַשְׁרָיו :	*Gratos habere mites. Pro. 14. 21.*
וִיסִפוּ עֲנָוִים בַּיי שִׂמְחָה :	*Mites addere lætitiam in Domino. Esa. 29. 19.*
וַעֲנָוִים יִירְשׁוּ אָרֶץ :	*Mansuetos hæreditare terram. Psal. 37. 11.*
וְהָאִישׁ מֹשֶׁה עָנָו מְאֹד :	*Aliquẽ esse mitẽ valdè. Num. 12. 3.*
מְעוֹרֵר עֲנָוִים יי' :	*Prorogare mansuetos. Psal. 147. 6.*
יְפַאֵר עֲנָוִים בִּישׁוּעָה :	*Decorare mansuetos in salute. Psal. 149. 4.*
תַּאֲוַת עֲנָוִים שָׁמַעְתָּ יי' :	*Audire desiderium mansuetorum. Psal. 10. 17.*
תִּקְוַת עֲנָוִים תֹּאבַד לָנֶצַח :	*Spes mansuetorum. (afflictorum.) Psal. 9. 19.*

Radix est ענה.

עָנוּ

Require paulò inferius in עָנִי, & nota.

עֲנוה / עָנוה

Nomen fœmininum genere sub duplici forma, sine plurali, & cum affixo עֲנוֹתְךָ. Humilitas, mansuetudo, modestia, virtus animi, quam quis habet, עָנוּ appellatur, per translationem ab afflictione sic dicta, quòd ea mites & humiles vt plurimum euadimus. [*Mansuetudine, benignità, modestia.*] Loci obseruandi.

בַּקְּשׁוּ עֲנוה וגו' :	*Quærere modestiam. Soph. 2. 3.*
וַעֲנוֹתְךָ תַּרְבֵּנִי :	*Modestiam augere facere aliquem. Psal. 18. 36.*
עֵקֶב עֲנוה יִרְאַת יי' :	*Timorem Domini (esse acquiri) propter modestiam. Pro. 22. 4.* (33
וְלִפְנֵי כָבוֹד עֲנוה :	*Humilitatẽ esse ante gloriã. Pro. 14.*
וַעֲנוה צֶדֶק :	*Humilitas iustè. Locus illustrandus. Psal. 45. 5.*

פחל	וַתָּחֶל לְעַנּוֹתוֹ :	*Incipere ad affligendum. Iud. 16. 19*
הכה	מַכֵּה אֱלֹהִים וּמְעֻנֶּה :	*Percussus & afflictus. Esa. 53. 4.*
הרעיב	וַיְעַנְּךָ וַיַּרְעִבֶךָ וגו' :	*Affligere aliquem, & fame afficere, &c. Deut. 8. 3.*
זרע	אֲעַנֶּה אֶת זֶרַע דָּוִיד וגו' :	*Affligere semẽ alicuius. Aleph quie scit. 1. Reg. 11. 39.*
חזק	וַיְחַזֵּק מִמֶּנָּה וַיְעַנֶּהָ וגו' :	*Fortiorem esse aliqua, & comprimere eam, &c. 2. Sam. 13. 14.*
טמא	טֻמְאַת הַנִּדָּה עֲנִי הָיָה :	*Comprimere immundam remotione. Ezec. 22. 10.*
יום	שַׂמְּחֵנוּ כִּימוֹת עִנִּיתָנוּ :	*Lętificare sicut dies, quibus afflixeris aliquos. Psal. 90. 15.*
כוח	עִנָּה בַדֶּרֶךְ כֹּחִי :	*Affligere vim alicuius (in) itinere. Psal. 102. 24.*
לב	כִּי לֹא עִנָּה מִלִּבּוֹ :	*Non affligere ex corde. Thr. 3. 11.*
מות	וְאַת פִּלַגְשִׁי עִנּוּ וַתָּמֹת :	*Comprimere aliquam, & mori. Iud. 20. 5.*
מחלת	עַל מַחֲלַת לַעֲנוֹת :	*Præfectus super Mahalath ad respõdere faciendum. (affligendum.) Psal. 88. 1.*
מעכר	וְכַל מִשְׁבָּרֶיךָ עִנִּיתָ סֶלָה :	*Respondere facere fluctus. (vel affligere fluctibus; fluctus.) Ps. 88. 8.*
נחלה	וְנַחֲלָתְךָ יְעַנּוּ :	*Affligere hereditatem Dei. Ps. 94. 5*
נפש	תְּעַנּוּ אֶת נַפְשֹׁתֵיכֶם :	*Affligere animam. (est dolore peccatorum affici. Leuit. 16. 29.*
נפש	עֲנִיתִי בַצּוֹם נַפְשִׁי :	*Affligere animam (in) ieiunio. Psal. 35. 13.*
נשים	נָשִׁים בְּצִיּוֹן עִנּוּ וגו' :	*Comprimere mulieres, & virgines. Thr. 5. 11.* (10
סבל	לְמַעַן עָנְתוֹ בְּסִבְלֹתָם :	*Affligere aliquos ĩ oneribus. Exo. 1.*
עוד	וְעַנְּתִיךָ לֹא אֹסִיף עוֹד :	*Non affligere amplius. Nah. 1. 12.*
עגל	כְּרָם חֶמֶד עַנּוּ לָהּ :	*Respondere (resonare) facere alicui. Esa. 27. 2.*
עגן	וְעַנּוּ אֹתָם :	*Affligere aliquos. Gen. 15. 13.*
עשה	הִנֵּנִי עֹשֶׂה אֶת כָּל מְעַנֶּיךָ וגו' :	*Facere cum affligentibus, &c. Soph. 3. 19.*
קול	קוֹל עֲנוֹת אָנֹכִי שֹׁמֵעַ :	*Audire vocem respondere faciẽtis. Exo. 32. 18.*
רב	וְרֹב צְדָקָה לֹא יְעַנֶּה :	*Multitudinem iustitiæ (Deum) nõ affligere. Iob. 37. 22.*
רגל	עִנּוּ בַכֶּבֶל רַגְלָיו :	*Affligere pedes (in) compede. Psal. 105. 18.*
שכב	וַיִּשְׁכַּב אֹתָהּ וַיְעַנֶּהָ :	*Cubare cum aliqua, & comprimere eam. Gen. 34. 2.*

עֻנָּה

Verbum Pohal superioris passiuum, quod in Biblijs habet has voces tantum.

עֻנִּיתִי	Præteritum.
תֵּעֻנֶּה	Futurum.
עֻנּוֹתוֹ	Infinitiuus.

Cætera, si opus erunt, ex te formabis iuxta regulas grammaticales. עֻנּוֹתוֹ nonnullis est potius nomen. Humiliatus, humilis, afflictus ꝓpriè redditus est. [*Fù humiliato, afflitto.*] Vide in Pihel. Inuenitur forsitan in sequentibus locis tantummodo.

זכר	זְכֹר יי' לְדָוִד אֵת כָּל עֻנּוֹתוֹ :	*Recordari affligi alicuius. Ps. 132. 1.*
טוב	טוֹב לִי כִּי עֻנִּיתִי :	*Bonũ esse, quòd affligaris. Ps. 119. 72*
כפש	כִּי כָל הַנֶּפֶשׁ אֲשֶׁר לֹא תֵעֹנֶה וגו' :	*Animã non affligi, &c. Leui. 23. 29*

עָנָה

Nomen propriũ viri soceri Esau. Anah. [*Ana*] Gen. 36. 2. *Et Aholibamam filiam* עָנָה *Anæ, &c.* Hunc arbitror eũdem esse, qui primus asinos equabus super induxit, & mulos procreare fecit, vt ibidem habes ver. 25. וְעָנָה *Et Anas: ipse est* עָנָה *Anas, &c.*

Fuit alter Anas filius Seir, & superioris patruus, vt ibidem, ver. 21. וְעָנָה *Et Anas.* Confer locos.

מוס	עֲנִיתָה הַשִּׁירָה הַזֹּאת לְפָנָיו וגו' :	*Respondere ante aliquẽ, &c. Deut. 31. 21.*
שלם	אֱלֹהִים יַעֲנֶה אֶת שְׁלוֹם פַּרְעֹה :	*Deum respondere pacem alicuius. Gen. 41. 16.*
שלם	אִם שָׁלוֹם תַּעֲנֶךָּ וגו' :	*Ciuitatem respondere alicui pacem. (pacificè.) Deut. 20. 11.*
שמים	יַעֲנֵהוּ מִשְּׁמֵי קָדְשׁוֹ :	*Deum respondere (exaudire) alicui de cœlo sanctitatis suæ. Ps. 20. 7.*
שמים	אֶעֱנֶה נְאֻם יי' אֶעֱנֶה אֶת הַשָּׁמַיִם וגו' :	*Deum respõdere (auxiliari) cœlis, & cęlos terræ. Hos. 2. 21.*
שפת	שִׂפְתֶיךָ יַעֲנוּ בָךְ :	*Labia alicuius respondere in aliquẽ. Iob. 15. 6.*
שקר	שֶׁקֶר עָנֶה בְאָחִיו :	*Respõdere (testificari) mendacium in fratrem suum. Deut. 19. 18.*
תורים	עֲנִי לַיי' בְּתוֹדָה :	*Respondere (resonare) Domino in cõfessione. Psal. 147. 7.*

Cęterum & in Chaldaico idiomate hoc verbũ idem significat, quod in Biblijs sic flectitur.

עָנָה / עָנָה / עָנוּ	Præteritum.
עָנִין	Part. præs.

Dan. 2. 5. עָנָה *Respondit rex, & ait.* Et ver. 7. עָנוּ *Respondẽrunt secũdo.* Et 5. 10. עָנָת *Respondit regina.* Et sic ĩ reliqs.

Deriuatiua huius & composita sunt בֵּית עֲנוֹת בֵּית עֲנוֹת יַעֲנֵה יַעֲנֵי מַעֲנֶה מַעֲנִית עֹנָה עֹנָה הָעֹנָה הַתַּעֲנֶה יַעַן עֲנִיָּה עֲנִיּוֹת עֲנִי עֲנִיָּה עֲנִיָּה עֲנִיִּים עֲנִיָּן עֲנִיָּתוֹ עֲנִיתִי עֲנִיתָה עֲנִיתָהּ עֲנִיתָם עֲנִיתָן עֲנִיתֶךָ עֲנִיתֶם עֲנִיתֶן עֲנִיתִי עֲנִיתִיךָ עֲנִיתִיהָ עֲנִיתִיהוּ עֲנִיתִיהָן עֲנִיתִיהֶם עֲנִיתִיהֶן עֲנִיתִיךָ עֲנִיתִיכֶם עֲנִיתִיכ

	וְעַנְמֶלֶךְ	*Et Separaitæ comburunt filios suos igne Adrameleco, & Anameleco idolis Sepharuaim.* Compositum est ex ענה vel ענן & מלך .
	עָנָן	Nomen masculinum genere, & declinatione, suscipiens affixa, quæ sunt in Biblijs עָנָן עָנָן עֲנָנִים . Nubes. [*Nube, nuuola.*] Vide עב . Loci aliquot obseruandi.
אכן	וְעָנָן אָבָק רַגְלָיו :	*Nubem esse puluerem pedum Dei. Nah.1.3.*
בקר	וְחַסְדְּכֶם כְּעָנָן בֹּקֶר :	*Nubes matutina. Hos.6,4.*
גדל	עָנָן גָּדוֹל וְאֵשׁ וגו' :	*Nubes magna. Ezec. 1. 4.*
התריך	וְהִתְהַלֵּךְ הֶעָנָן עַל הַמִּשְׁכָּן וגו' :	*Nubem prolongare (diu manere) super aliquid. Num.9.19.*
הועיע	וְהִפִּיעַ אוֹר עֲנָנוֹ :	*Lucem (solem, vel luce) illustrare nubem. Iob 37.15.*
הנחה	וַיַּנְחֵם בֶּעָנָן יוֹמָם :	*Ducere aliquos (in) nube. Ps.78.14.*
הפין	יַפִּיץ עֲנָן אוֹרוֹ :	*Lucem (solē, vel luce) dispergere nubem. Iob 37.11.*
הפאם	וְכֶעָנָן חֲטֹאתֶיךָ :	*Delere sicut nubem peccata. Esaias 44.22.*
חשך	וַיְהִי הָעָנָן וְהַחֹשֶׁךְ :	*Nubem & obscuritatem esse. Exod. 14.20.*
חשך	חֹשֶׁךְ עָנָן וַעֲרָפֶל :	*Obscuritas, nubes, & caligo. Deut. 4.11.*
יום	יוֹם עָנָן :	*Dies nubis. Ezec. 30.3.*
יום	כְּיוֹם עָנָן וַעֲרָפֶל :	*Dies nubis & caliginis. Ezec. 34.12*
עשה	עָנָן יוֹמָם וגו' :	*Creare nubem super aliquid interdiu, &c. Esa.4.5.*
ירד	וַיֵּרֶד יי' בֶּעָנָן :	*Deum descendere in nube. Exo.34.5*
ככד	וְעָנָן כָּבֵד עַל הַהָר :	*Nubem grauem (densissimam) esse super montem. Exo.19.16.*
כלה	כִּלָּה עָנָן וַיֵּלֶךְ :	*Nubem finire, & abire. Iob 7.9.*
כסה	וַיְכַס הֶעָנָן אֶת הָהָר :	*Nubem tegere montem. Exo.24.15.*
כסה	הוּא עָנָן יְכַסֶּנָּה :	*Nubem tegere aliquam vrbē. Ezec. 30.18.*
כסה	שֶׁמֶשׁ בָּעָנָן אֲכַסֶּנּוּ :	*Tegere solem (in) nube. Ezec. 32.7.*
כסה	כְּעָנָן לְכַסּוֹת הָאָרֶץ תִּהְיֶה :	*Esse vt nubem ad tegendum terram. Ezec. 38.9.*
מלא	וְהָעָנָן מָלֵא אֶת בֵּית יי' :	*Nubem replere domum Dei. 1.Reg. 8.10.*
מלא	הָעָנָן מִלֵּא אֶת הֶחָצֵר :	*Nubem replere atrium. Ezec.10.3.*
מקע	וְלֹא נִבְקַע עָנָן תַּחְתָּם :	*Nubem non disrumpi sub aquis. Iob 26.8.*
מלא	וּמָלְאָה הַבַּיִת אֶת הֶעָנָן :	*Domum repleri nube. Ezec.10.4.*
עלה	וּבְהַעֲלוֹת הֶעָנָן וגו' :	*Nubem eleuari, &c. Exo.40.36.*
נראה	וְנִרְאֲתָה הַקֶּשֶׁת בֶּעָנָן :	*Arcum (iridem) videri in nube. Genes.9.14.*
מראה	וְהִנֵּה כְבוֹד יי' נִרְאָה בֶּעָנָן :	*Gloriā Dei videri ī nube. Exo.16.10*
מראה	כִּי בֶעָנָן אֵרָאֶה וגו' :	*Deum videri in nube. Leuit.16.2.*
נתן	אֶת קַשְׁתִּי נָתַתִּי בֶּעָנָן :	*Dare (ponere) arcum (iridem) in nube. Gen.9.13.*
סביב	עָנָן וַעֲרָפֶל סְבִיבָיו :	*Nubem & caliginem esse circuitus Dei. Psal.97.2.*
סור	וְהֶעָנָן סָר מֵעַל הָאֹהֶל :	*Nubem recedere desuper aliquid. Num.12.10.*
סכך	סָכְתָה בֶעָנָן לְךָ :	*Obtegere nube sibi. Thr.3.15.*
עב	הִנֵּה אָנֹכִי בָא אֵלֶיךָ בְּעַב הֶעָנָן :	*Deum venire in densitate nubis. Exo.19.9.*
עלה	הִנֵּה כַּעֲנָנִים יַעֲלֶה :	*Ascendere sicut nubes. Ier. 4.13.*
עמד	וַעֲנָנְךָ עֹמֵד עֲלֵיהֶם :	*Nubē stare super aliquid. Nu.14.14*
עמוד	כְּעַמּוּד עָנָן וגו' :	*Columna nubis, &c. Exo.13.21.*
עמד	בְּעַמּוּד עָנָן יְדַבֵּר אֲלֵיהֶם :	*Deum loqui in columna nubis. Psal. 99.7.*
ענן	כַּעֲנִי עָנָן עַל הָאָרֶץ :	*Obducere nube sup terrā. Gen.9.14*
פרס	פָּרַשׂ עָנָן לְמָסָךְ :	*Expandere nubē operimento (in operimen-*

שכח	הִשְׁכַּח עֲנִיֵּנוּ וְדַכְּאוֹנוּ :	*Obliuisci afflictionis & oppressionis alicuius. Psal.44.25.*
שמע	כִּי שָׁמַע יי' אֶל עָנְיֶךָ :	*Deum auscultare (ad) afflictionē alicuius. Gen.16.11.*

Radix est ענה .

עַנִּי Nomen proprium Leuitæ. Vni. [*Vnio.*] 1.Paral. 15.18. וְעַנִּי *Et vnius.*

Fuit alter Vnius & ipse Leuita, de quo Neh. 12. 9. quamuis ibi scribatur cum Vau, sed Hebræi constāter ex Masara cum Iod legunt, vt arbitrer esse Iod protractum ob aliquod mysterium nobis incognitum. וְעָנוּ *Et Vnius.* Radix est ענה .

עֲנִיָּה Nomē femininum genere, sine plurali, quod tamen formare poteris, cum opus erit, iuxta regulas grammaticales. Humilis, misera, oppressa, afflicta. [*Meschinella, afflitta.*] Vide עָנִי . Loci notādi, in quibus forsitan inuenitur.

הקשיבי	הַקְשִׁיבִי לְאִשָּׁה עֲנִיָּה עֲנָתוֹת	*Anatotham afflictam sentire facere alicubi. Esa.10.29.*
סער	עֲנִיָּה סֹעֲרָה לֹא נֻחָמָה :	*Afflicta, conturbata, &c. Esa.54.8.*
שמע	שִׁמְעִי נָא זֹאת עֲנִיָּה וגו' :	*Afflictam auscultare, &c. Esa.51.21*

Radix est ענה .

עֲנִיָּה Nomen proprium viri ex genere Leuitarū, vt censeo. Anaiah. [*Anaia.*] Neh.8.5. וַעֲנִיָּה *Et Anaias.* Ast cap.10. 23. inter Principes populi connumeratur. עֲנִיָּה *Anaias.* Expende locos. Compositum est ex ענה & יה .

עָנִין Nomen masculinum genere, sine plurali, suscipiēs affixa, quæ sunt in Biblijs עָנִין עָנִין עָנִינוֹ — Afflictio, cura, solicitudo, occupatio, quę animam & corpus affligat. [*Afflittione, pensiero ch'affligge, occupatione graue.*] Octo vicibus tantum in Ecclesiaste legitur.

כעס	וְכַעַס עָנְיָנוֹ :	*Occupationem esse indignationem. Eccles.2.23.*
כתן	וְלַחוֹטֵא נָתַן עִנְיָן לֶאֱסֹף וגו' :	*Dare occupationem ad congregandum, &c. Eccles.2.26.*
ראה	רָאִיתִי אֶת הָעִנְיָן אֲשֶׁר וגו' :	*Videre occupationē, quam Deus dedit, &c. Eccles.3.10.*
ראה	לִרְאוֹת אֶת הָעִנְיָן אֲשֶׁר וגו'	*Videre occupationem, quæ fit, &c. Eccles.8.16.*
רב	כִּי בָא הַחֲלוֹם בְּרֹב עִנְיָן :	*Somnium venire in multitudine occupationis. Eccles.5.3.*
רוע	הוּא עִנְיָן רָע נָתַן וגו' :	*Occupatio mali, quā dedit Deus, &c. Eccles.1.13.*
רוע	וְעִנְיָן רָע הוּא :	*Aliquid esse occupationem mali. Eccles. 4. 8.*
רעע	וְאֹבֵד הָעֹשֶׁר הַהוּא בְּעִנְיַן רָע :	*Aliquid perire in occupatione mali. Eccles.5.13.*

Radix est ענה .

עִנֵּם Require superius in y antè י , suo loco proprio.

עֲנִים Nomen proprium ciuitatis montanæ in tribu Iudæ. Anim. [*Anima.*] Ios.15.49. וְעֲנִים *Et Anima.*

עָנָם Nomen proprium ciuitatis fęmininum genere, quam tribus Issachar Leuitis pro habitatione tradidit. Anem. [*Anema.*] 1.Par.6.72. וְאֶת עָנָם *Et Anema cum suburbijs illius.*

עֲנָמִים Nomē proprium filij Mizraim. Anamim. [*Anamimo.*] Gen.10.13. וְאֶת עֲנָמִים *Et Anamimum.* Quid si plurale sit nomen populi? Expende locum accuratius.

עַנְמֶלֶךְ Nomen proprium idoli, quod sub equi figura, vt omnes ferè censent à Sepharuitis adorabatur. Anamelec. [*Anameleca.*] 2.Reg.17.31.

Radix est ענה .

עָנִי Nomen masculinum genere, & declinatione, suscipiens affixa, q̄ sunt in Biblijs עָנִי עָנִיִּים עָנְיִי עָנְיֶךָ . Humilis, miser, oppressus, afflictus, præsertim ob paupertatem. [*Meschinello, pouerello, afflitto, oppresso da pouertà.*] Vide in sua radice ענה in Cal & Pihel, cur sic dicatur. Synonima verò vide in אֶבְיוֹן . In aliquibus locis plurale עֲנִיִּים legitur ab Hebræis עֲנִיִּים , vt illic diximus. Loci aliquot obseruandi.

אכיון	וְאֶבְיוֹן עָנִי :	*Aliquem esse miserum & pauperē. Psal.40.18.*
איש	וְאִם אִישׁ עָנִי הוּא וגו' :	*Vir miser. Deut.24.12.*
איש	יִרְדֹּף אִישׁ עָנִי וְאֶבְיוֹן וגו' :	*Persequi virum miserum & pauperem. Psal.109.16.*
אכל	כְּמוֹ לֶאֱכֹל עָנִי בְּמִסְתָּר :	*Edere miserū in abdito. Abac.3.13.*
גזל	גְּזֵלַת הָעָנִי בְּבָתֵּיכֶם :	*Rapinam oppressi esse in domo alicuius. Esa.3.14.*
דין	כִּי עָשָׂה יי' דִּין עָנִי :	*Facere iudicium oppressi. Ps.140.13*
רכס	וְאַל תְּדַכֵּא עָנִי בַּשָּׁעַר :	*Non conterere afflictum in porta. Pro.22.22.*
רלק	כְּגֵאוּת רָשָׁע יִדְלַק עָנִי :	*Persequi afflictum. Psal.10.2.*
הוכס	עָנִי וְאֶבְיוֹן הוֹנֶה :	*Opprimere afflictum & pauperem. Ezech.18. 12.*
המזיק	וְיַד עָנִי וְאֶבְיוֹן לֹא הֶחֱזִיקָה :	*Non fortificare manum afflicti, & pauperis. Ezec.16. 50.*
הכין	תָּכִין בְּטוּבְךָ לֶעָנִי אֱלֹהִים :	*Præparare misero. Psal.68.11.*
הלוה	אִם כֶּסֶף תַּלְוֶה אֶת עַמִּי אֶת הֶעָנִי עִמָּךְ :	*Mutuare argentum misero. Exod. 22.24.*
הפיל	לְהַפִּיל עָנִי וְאֶבְיוֹן :	*Cadere facere afflictum & pauperē. Psal. 37.14.*
הצדיק	עָנִי וָרָשׁ הַצְדִּיקוּ :	*Iustificare oppressum & pauperem. Psal.82.3.*
מציל	מַצִּיל עָנִי מֵחָזָק מִמֶּנּוּ וגו' :	*Eripere oppressum à fortiori, &cæt. Psal.35.10.*
חבל	וְעַל עָנִי יֶחְבֹּלוּ :	*Accipere in pignus super oppresso. Iob.29.9.*
חטף	יֶאֱרֹב לַחֲטוֹף עָנִי וגו' :	*Insidiari ad rapiendū oppressum, etc. Psal.10.9.*
חלץ	יַחֲלֹץ עָנִי בְּעָנְיוֹ :	*Eripere afflictum in afflictione eius. Iob.36.15.*
חסה	וּבוֹ יֶחֱסוּ עֲנִיֵּי עַמּוֹ :	*Afflictos populi recipere se in Sion. Esa.14.33.*
יד	מֵעֲנִי הֲשִׁיב יָדוֹ :	*Reducere manum ab afflicto. (ne lædat eam.) Ezec.18.16.*
יום	כָּל יְמֵי עָנִי רָעִים :	*Omnes dies afflicti esse malos. Prou. 15.15.*
כף	כִּפֵּה פָּרְשָׁה לְעָנִי :	*Expendere palmam afflicto. Prouer. 31.17.*
מלט	כִּי אֲמַלֵּט עָנִי מְשַׁוֵּעַ :	*Eripere afflictum vociferantem. Iob.29.12.*
מרודים	וַעֲנִיִּים מְרוּדִים תָּבִיא בָיִת :	*Adducere domi afflictos aduersitatibus. Esa.58.7.*
משפט	וּמִשְׁפַּט עֲנִיִּים יִתֵּן :	*Dare iudicium oppressorū. Iob 36.6*
נכה	אֶל עָנִי וּנְכֵה רוּחַ וגו' :	*Aspicere ad afflictum & percussum spiritu, &c. Esa.66.2.*
עזב	לְעָנִי וְלַגֵּר תַּעֲזֹב אֹתָם :	*Relinquere aliqd misero. Leuit.19.10*
עם	וְאֶת עַם עָנִי תּוֹשִׁיעַ :	*Saluare populum oppressum. 2.Sam. 22. 28.*
עם	וְהִשְׁאַרְתִּי בְקִרְבְּךָ עַם עָנִי וָדָל :	*Populus oppressus & tenuis. Soph. 3. 12.*
ענות	וְלֹא שִׁקַּץ עֲנוּת עָנִי :	*Non abominari afflictionem afflicti. Psal.22.25.*
עצה	עֲצַת עָנִי תַּבִּישׁוּ :	*Cōfundere consiliū oppressi. Ps.14.6*
פנים	וּפְנֵי עֲנִיִּים תְּטַחֲנוּ :	*Molere facies afflictorum. Esa. 3.15*
פתח	תִּפְתַּח אֶת יָדְךָ לַעֲנִיֶּךָ :	*Aperire manū misero. Deut.15.11.*

	לְעָנְיֶךָ :	
	לֹא תִשְׁכַּח צַעֲקַת עֲנוּיִם :	*Afflicti gregis, &c. Zac.11.7.* *Non obliuisci clamorem afflictorū. (mitium.) Psal.9.13.*
	יַקְטֵל עָנִי וָאֶבְיוֹן :	*Interimere afflictum & pauperem. Iob.24.14.*
	רַגְלֵי עָנִי וגו' :	*Pedes afflicti. Esa.26.6.*
	וְעָנְיֶיךָ יְרַחֵם :	*Misereri afflictorum. Esa.49.13.*
	עָנִי וְרֹכֵב עַל חֲמוֹר :	*Messias humilis, & equitans super asino. Zac.9.9.*
	מִשֹּׁד עֲנִיִּים וגו' :	*Deuastatio oppressorum. Psal.12.6.*
	אַל תִּשְׁכַּח עֲנִיִּים :	*Non obliuisci afflictorum. (mansuetorum.) Psal.10.12.*
	לֹא תַעֲשֹׁק שָׂכִיר עָנִי וְאֶבְיוֹן :	*Non fraudare mercenarium, afflictū & pauperem. Deut.24.14.*
	יִשְׁפֹּט עֲנִיֵּי עָם :	*Iudicare oppressos populi. Ps.72.4.*
	תְּפִלָּה לְעָנִי כִּי יַעְטֹף וגו' :	*Oratio (pro) afflicto, cum sincopin patitur, &c. Psal.102.1.*

Cæterum & in Chaldaico idiomate hoc nomen idē significat, quod semel legitur ī plurali עָנִין . Dan.4. 24. *Et iniquitates tuas miserendo* עָנִין *afflictorum.*

עָנִי } Nomen masculinum genere, sub vtraq; forma, quarum prior venit etiam in regimine, altera verò cum maiori accentu, sine plurali, suscipiēs affixa, quæ sunt in Biblijs עָנִי אוֹ עָנִי עָנְיִי עָנְיוֹ עָנְיֶךָ עָנְיָהּ עָנִיִּים . Humilitas, afflictio, oppressio, deiectio, & de quacunq; afflictione dicitur, præsertim verò paupertatis, vt in superiori עָנִי habes, ibi vide. [*Meschinità, afflittione, miseria, pouertà.*] Loci aliquot obseruandi.

אכל	אוֹ אֲבַדְתִּי בְעָנְיִי :	*Perire in humilitate. (oppressione.) Psal.119.92.*
אסר	אֲסִירֵי עֹנִי וּבַרְזֶל :	*Vincti afflictionis & ferri. Psalm. 107.10.*
ארץ	כִּי הִפְרַנִי אֱלֹהִים בְּאֶרֶץ עָנְיִי :	*Terra afflictionis alicui. Gen.41.52*
בחר	כִּי עַל זֶה בָּחַרְתָּ מֵעָנִי :	*Eligere de afflictione. Iob. 36.21. (Vide בָּחַר .)*
בן	וְשַׁוֵּה דִּין כָּל בְּנֵי עָנִי :	*Filij afflictionis. Pro.31.2.*
גלה	גָּלְתָה יְהוּדָה מֵעֹנִי :	*Migrare ab (ob) afflictione. Thr.1.3*
דאב	עֵינִי דָּאֲבָה מִנִּי עָנִי :	*Oculum delere præ afflictione. Psal 88.10.*
הכין	וְהִנָּה בְּעָנְיִי הַכִּינוֹתִיו וגו' :	*Præparare aliqd in humilitate. (paupertate) tua. 1.Par.22.14.*
עלה	אֶעֱלֶה אֶתְכֶם מֵעֹנִי מִצְרַיִם :	*Ascēdere facere ex afflictione, &c. Exo.3.17.*
זכר	זְכֹר עָנְיִי וּמְרוּדִי :	*Recordari afflictionis alicuius, &c. Thren.3. 7.*
חבל	יִלְכְּדוּן בְּחַבְלֵי עֹנִי :	*Capi (in) funibus afflictionis. Iob. 36. 8.*
יום	יֹאחֲזוּנִי יְמֵי עֹנִי :	*Dies afflictionis apprehendere aliquem. Iob.30.16.*
יום	קִדְּמוּנִי יְמֵי עֹנִי :	*Dies afflictionis præuenire aliquem. Iob.30.27.*
כור	בְּחַרְתִּיךָ כְּכוּר עֹנִי :	*Eligere in fornace afflictionis. Esa. 48. 10.*
לחם	מְצוֹת לֶחֶם עֹנִי :	*Panis afflictionis. Deut.16.3.*
נחם	זֹאת נֶחָמָתִי בְּעָנְיִי :	*Aliquid esse consolationem in afflictione. Psal.119.50.*
עני	יַחֲלֹץ עָנִי בְּעָנְיוֹ :	*Eripere afflictum in afflictione eius. Iob.36.15.*
ראה	כִּי רָאָה יי' בְּעָנְיִי :	*Videre in afflictionem alicuius. Gen. 29. 32.*
ראה	רָאֹה רָאִיתִי אֶת עֹנִי עַמִּי :	*Videre oppressionē populi. Exo.3.7.*
ראה	אֲנִי הַגֶּבֶר רָאָה עֹנִי :	*Aliquē videre afflictionē. Thr.3.1.*
שבר	וַיְשַׁבֵּר אֶבְיוֹן מֵעֹנִי :	*Euehere pauperem ex afflictione. Psal.107.41.*

עָנְשׁוּ	Præteritum.
עֲנוּשִׁים	Part. præſ.
יַעֲנֹשׁ	Futurum.
עָנוֹשׁ עָנוֹשׁ בַּעֲנוֹשׁ	Infinitiuus.

Cætera cum opus erunt, ex te formabis iuxta regulas grammaticales. Mulctauit, pœnam de aliquo ſumpſit, & præſertim de mulcta pecuniæ dicitur. [*Condannare in robba ſpecialmente.*] Conſtruitur cum accuſatiuo, & cum datiuo, legiturque ſolum in ſequentibus locis obſeruandis.

וַיַּעֲנֹשׁ אֶת הָאָרֶץ מֵאָה וגו׳ :	*Mulctare terram centũ talentis, &c.* 2.*Par*.36.3.
וְיַיִן עָנוּשִׁים יִשְׁתּוּ :	*Bibere vinũ mulctatorũ. Amos* 2.8.
וְעָנְשׁוּ אֹתוֹ מֵאָה כֶסֶף וגו׳ :	*Mulctare aliquem centum argẽteis. Deut*.22.19.
בְּעָנְשׁ לְךָ יַחְכִּם פִּתִּי :	*Mulctare deriſorem.Pro*.21.11.
עָנוֹשׁ יַעֲנֹשׁ וגו׳ :	*Aliquem mulctando mulctari, &c. Exo*.21.22.
גַּם עָנוֹשׁ לַצַּדִּיק לֹא טוֹב :	*Mulctare iuſto(iuſtum.)Pro*.17.26

Cæterum & in Chaldaico idiomate idem ſignificat hoc verbum, quod legitur in infinitiuo לְעַנָּשׁ. Eſd.7.26. *Quam* לְעַנָּשׁ *ad mulctandum ſubſtantijs, & vinculis.*

Deriuatiua huius ſunt נַעֲנֹשׁ עָנֶשׁ .

עָנֶשׁ Nomen formæ maſculinæ, ſine plurali, quod bis legitur in ſcriptura ſacra. Mulcta. [*Cõdannaggione.*] Loci ſunt hi.

גְּדֹל חֵמָה נֹשֵׂא עָנֶשׁ :	*Aliquem leuare(ſuſtinere)mulctã. Pro*.19.19.
וַיִּתֵּן עָנֶשׁ עַל הָאָרֶץ וגו׳ :	*Dare mulctam ſuper terram, &cæt.* [*Mettere vn taglione.*] 2. *Reg*. 23.34.

עֲנוּת Nomen formę fœmininę, quod ſemel legitur in Biblijs. Humiliatio, afflictio, oppreſsio. [*Afflittione.*] Pſal.22.25. *Quia non ſpreuit, neque execratus eſt* עֲנוּת *afflictionem afflicti.* Radix eſt ענה .

עֵינֹת Nonnulli arbitrantur, hanc vocem eſſe nomẽ plurale à radice ענה cum affixo, quamuis ſcribatur cum Iod עֵינֵיהֶם, quod fortaſsis Vau decurtatum eſt ob aliquod myſterium, & ſulcos interpretantur, ab oppreſsione vel compreſsione aratri ſic dictos. [*Solchi*] Legitur ſemel Hoſ.10.10. *Cum ligant duobus* עֵינֹתָם *ſulcis ſuis.* Locus difficilis elucidãdus, pro quo vide etiam in עין & ענן .

עֲנַת Nomen proprinm viri patris Samgari iudicis Iſraelitarum. Anath. [*Anato.*] Iud. 4. 20. *Poſt hũc fuit Sãgarus filius* עֲנָת *Anathi.* Radix forſitan eſt ענה.

עֶנֶת Require ſuperius in כַּעֲנַת in litera כ ante ע, & nota.

עֲנָתוֹת Nomẽ oppidi ſacerdotum in Beniaminia tribu, fęmininum genere, Abiataris ſacerdotis maximi, & Ieremiæ Prophetæ natiuitate clari. Anathoth. [*Anatota.*] Ioſ.21.18. אֶת עֲנָתוֹת *Anatotã cum ſuburbijs eius.* 1.Reg.2.26. עֲנָתוֹת *Anatotam vade, &c.* Ier. 1.1. *Verba Ieremiæ filij Hilciæ de ſacerdotibus, q̃ ſunt* בַּעֲנָתוֹת *in Anatota in terra Beniamin.* Et 11.21. *Idcirco dicit Dominus ad viros* עֲנָתוֹת *Anatotæ, &c.* Eſa. 10. 29. *Audire fac Laiſæ ò afflicta* עֲנָתוֹת *Anatota.*

Eſt inſuper nomen viri ex Beniamin, à quo fortaſsis denominata fuit ea ciuitas. [*Anatote.*] 1.Par.7.8. וַעֲנָתוֹת *Et Anatotus.*

Fuit alter Anatotus ex Principibus populi. Neh.10. 20. עֲנָתוֹת *Anatotus.*

Hinc deriuantur עֲנָתֹתִי עֲנָתֹתִיּה .

עֲנָתֹתִי Nomen gentile maſculinum genere, deriuatum à ſuperiori. Anathotites. [*Huomo della città d'Anatota.*] 2.Sam. 23. 27. *Abiezer* הָעֲנָתֹתִי *Anathotites.* 1.Par.12. 3. *Et Iehus* הָעֲנָתֹתִי *Anathotites.*

עֲנָתֹתִיָּה Nomen propriũ viri ex tribu Beniamin. Anthothiiah. [*Antotiano.*] 1. Par.8.24. וַעֲנָתֹתִיָּה *Et Antotias.* Cõpoſitũ eſt fortaſsis ex עֲנָתוֹת & יה.

ס

עַס Lege ſequentẽ radicem עסס , & obſerua quando alterum Samech à ſcriptura decidat.

עָסַס Verbum Cal actiuum ex duplicibus, quod ſemel legitur in Biblijs in præterito עָסְסוּם, cætera cautè formabis, cum opus erũt, iuxta regulas grãmaticales. Preſsit, expreſsit, & fortaſsis effictũ eſt à ſequenti nomine ſatis ornatè, quod muſtum expreſsione fiat. [*Striccare, ſtruccolare, ſpremere.*] Mal. 3.21. וַעֲסוּסָם *Et exprimetis iniuſtos.*

Deriuatiuum huius radicis eſt עָסִיס .

עָסִיס Nomen maſculinum genere, ſine plurali, & in regimine עָסִיס . Calcatio, preſſura, expreſsio, ſuccus, & hinc elegãter de muſto, quod expreſsione fit, dicitur. [*Striccamento, ſtruccolamento, moſto.*] Quinque vicibus tantum inuenitur.

וְהִטִּיפוּ הֶהָרִים עָסִיס :	*Montes ſtillare muſtũ. Amos* 9.13.
יִטְּפוּ הֶהָרִים עָסִיס :	*Montes ſtillare muſtum. Ioel*.5.10.
עַל עָסִיס כִּי נִכְרַת מִפִּיכֶם :	*Muſtum excindi ab ore. Ioel*.1.5.
מֵעָסִיס רִמֹּנִי :	*Expreſſio* (*muſtum*) *mali punici. Cant*. 8.2.
וְכֶעָסִיס דָּמָם יִשְׁכָּרוּן :	*Inebriari ſanguine tanquàm muſto. Eſa*.49.26.

ע

עַע Verbum anomalum, quod ſemel legitur in Biblijs in futuro יְעָעֲרוּ , & dubitatur, ex qua radice ſit, quidve propriè ſignificet. Communiori ſententia radix eſt עור , & arbitrantur, vocem eſſe ex Pihel, & alterum ע ſtare loco ר , ideſt יְעוֹרְרוּ , niſi malles aſſerere, mendum ineſſe in ſcriptura, quemadmodum alijs in locis ſępius id eueniſſe deprehendimus. Excitauit. [*Eccitare, riſuegliare.*] Eſa.15.5. *Quia per viam Horonaim vociferationem contritionis* יְעָעֲרוּ *excitabunt.* Expende locum & omnes accuratius.

פ

עַף Lege radices עוף עפה , & obſerua dictiones, quę remanent in ſcriptura cum his duabus tantum radicalibus.

עָף Nomen Syriacum maſculinum genere, quod legitur in Biblijs cum affixo עָפֶיהָ . Folium. [*La foglia.*] Hebraicè עָלֶה dicitur, quamuis & עֲפָאִים ex hac radice & ſignificatione deriuari poſsit. Dan.4.9. עָפֶיהָ *Folium eius pulchrum.* Et ver. 11. *Excutite* עָפֶיהָ *foliũ eius.*

עוֹף } Require ſuperius in ע ante ו , ſuo loco proprio.
עֹפֶף }

עֲפָאִים Nomen plurale maſculinum, quod ſemel legitur in Biblijs. Folia. [*Le foglie.*] Nonnulli cenſent, eſſe Syriacum, idem cum עָף , de quo paulò ſuperius dictum eſt. Pſal.104.12. *De medio* עֲפָאִים *foliorum dabunt vocem.*

